



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

Capvt XLVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

CAPVT
XLVI.

LOCI PRÆCIPVI.

I.

Consolatio diuinitus proposita Iacob descen-
denti cum familia in Ægyptum, commonefa-
cit nos de grauisima tentatione, quam sustinuit Ia-
cob in eo discessu ex terra Canaan, qui prorsus ui-
debatur pugnare cum promissione Terræ, cui iam
annos 215. nullus euentus responderat, sed longe
aliter DEI promissiones implentur, quam humana
ratio cogitat.

II.

Doctrina de Resurrectione mortuorum conside-
retur in hoc ritu. Ioseph ponet manus suas super
oculos tuos. Significabat enim oculos morientium
rursus aperiendos esse, ut Iob 19. dicitur. Rursum in
carne mea uidebo DEVM, quem uisurus sum ego
ipse & oculi mei conspecturi sunt.

III.

Genealogia filiorum Iacob, ad quam confera-
tur primi libri Paralipomenon Caput 2. 3. 4. 5. 6.
7. 8. 9.

k 3 IVDA.

IVDA.

Phares.

Efrom.

Ram.

Aminadab.

Nahason. Num. 1. 7.

Salma.

Booz. Ruth. 4.

Obed.

Isai.

David.

IIII.

χρονολογία seu tempora considerentur.

Descendit enim Iacob in Ægyptum Anno MCCC

di. 2278

A uocatione Abrahæ & data promissione. 215

Ætatis sue 150

Ætatis Ioseph 39

Ante exitum ex Ægypto, & datam Legem 215

Ante CHRISTVM. 1714

CAPVT